

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Concl. XIII. Excusat ab auditione Missæ in die Festo titulus Charitatis,  
Officii, ac justæ Obedientiæ, denique legitimæ consuetudinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

sive sint oves propriae, aut alienae, ad quas custodiendas ex officio, vel contractu obligantur. Imo tantò magis excusantur, quanto arctiori vinculo, scilicet iustitiae obligantur. Sed de titulo iustitiae sive officii Conclusionem sequentia.

**210.** *Excusat omne grave incommodo, dum, ut iterumius horz pedes conficiendum, maximè mulieribus vobilibus & delicatis.*

Pro fine praesentis Conclusionis Nota, sub hoc capite contineri omne tempore grave incommode, quando sine illo Missa audiiri non potest; non quasi obedientia debita Ecclesiae, non sit merito præferenda rebus nostris temporalibus, & corporalibus commodi, sed quia, ut superius diximus, non censetur hoc præceptum cum tanto onere obligare, ex benigna voluntate Ecclesiae.

Et hæc ratione excusat, qui longum iter, v. g. unius leuce, pedes conficeret; vel quamvis non sit tanta distans, attamen est aliquæ notabilis, & aliunde tempestates ingruunt & pluviae, ita ut rem prudenter considerando, notabile censetur detrimentum.

Attendenda hæc quoque venit qualitas personæ; nam facilis est viris, maximè assuetis iterationibus, conficeri iter duarum aut trium leucarum, quam feminis, præsertim nobilibus & delicatis, iter unius leuce. Opus ergo est multa prudentialia in his & similibus casibus, qui in infinitum quasi possunt multiplicari, dijudicandis.

Hoc tantum adverte, si omnes Ecclesiæ aliecius civitatis essent interdicti; extra urbem autem, vel in suburbio extaret aliquod templum liberum ab interdicto, nisi distans sit nimia; tam viri, quam feminæ tenerentur eò ire ad satisfaciendum sua obligationi, eodem jure, quo tenerentur, si in sola illa Ecclesia, aliquantum distanti ab urbe, inveneretur Sacerdos, qui vellet celebrare; neque enim præceptum universale audiendi Missam alligatum est urbi; sed in omni loco obligat, ubi commode potest audiri.

Hæc possent sufficere; attamen pro pleniori satisfactione benigni Lectoris adjungam patios alias titulos excusationis, qui sunt Charitas, Officium, ac justæ Obedientiae, denique consuetudo. Itaque juxta communem sententiam:

### CONCLUSIO XIII.

Excusat ab audizione Missæ in die Festo titulus Charitatis, Officii, ac justæ Obedientiae, denique legitimæ consuetudinis.

**212.** *Quinam excusatur titulo officii*

D E titulo charitatis quando excusat, patet ex dictis præcedenti Conclusioni, nec habeo quod addam.

Ratione porrò officii, aut justæ obedientiae excusantur. Primo, milites custodientes castrum, aut portas civitatis, aut vigilias facientes, quando sine periculo aliquo non possunt suo muneri desse.

Secundo, pastores ovium aut armentorum, de quibus egimus Conclusionem præcedenti. Tertiis, vectores mercium, & cursores, qui non possunt iis, à quibus conducuntur satisfacere, si auctiunt Missam.

Quarto, famuli, qui ut Domini suis ministrant, omittunt Missam; quod intelligendum est de ministerio necessario juxta communem & ordinarium vivendi modum, vel juxta occurrentes morales & rationabiles occasionses, in quibus ipse Dominus posset idem ministerium præstare cum omissione Missæ: tunc enim certum est nec Dominum peccare præcipiendo, nec famulos parendo, quia illa est gravis & rationabilis causa, & moralis necessitas.

Interim famuli mediocrem adhibeant diligentiam, si forte possint inventire opportunitatem tempus implendi præceptum, ad extraordinariam non obligantur; v. g. ciuius surgendo, & ab ordinario & moderato somno plus justè demendo, vel aliquid simile præstando; ad hoc quippe non obligat præceptum, quamvis id consulendum sit. Quod etiam bene notandum cursoribus & mercium vectribus.

At vero si ministerium non sit ita necessarium, sed commode possit in aliud diem, vel horam transferri, non dubium quin Domini graviter peccent præcipiendo, quod incompossibile est cum auditione Missæ, nec tantum præcipiendo, sed etiam non adhibendo curam & diligentiam debitam, ut famuli & alii domestici Missam audiant, juxta illud Apostoli 1. Timot. §. v. 8. Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est insidiæ deterior.

Sed numquid servus tenetur tali præcepto obedire? Manifestum est quod non; quia ad hoc non censetur se obligasse, quamquam aliqui quin possit, ad evitandum grave incommodum. Dico, Grave; quia levis rixa Domini, quæ timetur obvertura, pro nihilo reputari debet, ubi agitur de observatione legis Ecclesiae.

Auctor sum hujusmodi famulis, qui ita frequenter & irrationabiliter impediuntur à Domini suis, datâ opportunitate relinquere tale ministerium, ac alium Dominum, & aliud modum vivendi querere. Quod si non possint sine gravi incommode, excusantur juxta dicta præcedenti Conclusionem à transgressione hujus præcepti, quod solum est Ecclesiasticum, & ideo non obligans cum tanto rigore, ut præcepta naturalia maximè negativa, v. g. non occides, non fornicaberis, à quibus nullum

aut justæ  
obedientiae

**213.** Quando peccet Do-minus præcipiendo aliquid in-compossi-bile cum audi-tione Missæ,

**214.** An servus tunc tenetur obedi-tur præcepto?

præ-

præceptum Domini, aut incommodum quantumcumque magnum potest excusare. Unde si Dominus ex contemptu legis Ecclesiasticae præcipere hujusmodi impedimenta auditiois Sacri, potius moriendum esset, quam obedire, ut liquet ex alibi sapientia explicatis.

Juxta hanc loquendum est de uxore respectu mariti, & de filiis respectu parentum, & de militibus respectu ducis, & de omnibus militibus, quæ nimis longum esset hic enumerare.

Eodem titulo officii excusantur Senatores ac reliqui primarii viri, qui negotia Reipublicæ, cui præsunt in aliud tempus rejecere comode nequeunt.

Restat titulus consuetudinis, de quo non potest dubitari quin excusat, quando est legitime præscriptus, argumento cap. Finalis de Consuetudine, ibi: *Licet longe a consuetudine non sit viis auctoritas, non tamen est usque adeo valutaria, ut vel iuri positivo debeat prætendicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitime sit prescripta.*

*Et leg. De quibus 32. ff. de Legibus, ibi: In veterata consuetudo pro lege non immoratur custodiatur, & hoc est in quo dicitur moribus institutum.* Et infra: *Quare rectissimum etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.*

Censetur autem consuetudo rationabilis, quæ non pugnat cum lege naturali, aut divina, nec à jure reprobatur, & aliquæ nitor ratione judicio prudentis, propter quam Princeps non solum validè, sed etiam licite posset legem suam revocare,

Porrò per consuetudinem legitime præscriptam, intelligit jus consuetudinem ad minus decem annorum nullis contrariis actibus interruptam. Aliqui requirunt ad præscriptionem legis Ecclesiasticae tempus quadraginta annorum; argumento cap. *De quarta 4. de Prescript.* ibi: *De quarta decima, & oblationis defunctorum, Clericus ab impetuone Episcops quadragesimæ præscriptionis temporis se posse tueri videtur.* Et infra: *Nam Romana Ecclesia tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit.* Ita Alexander III. Salernitanus Archiepiscopo.

Respondeo; loquitur Pontifex de præscriptione propriæ dicta, id est, de præscriptione contra bona & jura Ecclesiæ, cujus conditiones non possunt omnes applicari præscriptioni legali, ut patet in bona fide; deinde in tempore requisito inter præsentes & absentes.

Alias ad præscribendum contra legem Romanam, sive Pontificiam, requirenter centum anni, ut ex jure Canonico requiruntur ad præscribendum contra bona & jura Ecclesiæ Romana cap. *Ad audiendum 13. de Præscript.* ibi: *Romanam Ecclesiam, contra quam non nisi centenaria præscriptio currit.* Et cap. *Cum vobis 14.*

codem titulo ibi: *Licet tam legali, quam C. 4. cap. 14. ad.* nonicâ sit definitione statuta, ut contra Romanam Ecclesiam, que gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum præscriptio occursum sibi valeat vendicare. Quod tamen nemo Doctorum haec tenus dixerit. Cum ergo jus imprimis tardum non distinguat, nec nos distingue debemus.

Rogas, quare maius tempus requiratur ad præscriptionem Dominicorum & iurum immobilem Ecclesiae, quam ad præscriptionem legis? Item quare hic non requiratur bona fides, sicut ibi?

Respondeo; quia præscriptio propria respicit ius privatae personæ, vel communis habentis se per modum private personæ, quæ spoliatur irreparabiliter aliquæ re, vel jure ab alia persona privata, adeoque non sicut expediens ut minori tempore, aut cum mala fide præscriptio illa curret; sic quippe passim innocentes spoliarentur bonis suis & scelerati illis ditarentur; & Ecclesia, quæ difficulter potest bona acquirere; facile depauperaretur, aliaque incommoda sequentur.

At vero præscriptio legalis sive legum, nullo jure aliquem privat, sed solum removet obligationem legis, quam communiter, quando lex per decem annos non servatur, esto cum peccato, expedit bono communione. Deinde Princeps vel conscius est consuetudinis, & ita facilè potest eam interrumpere, vel ignorat toto tempore, quo præscriptio currit, & postquam innovuit, de novo potest legem imponere. His ergo suppositis, quæ latius explicantur in Tractatu de Legibus.

Ratione consuetudinis excusantur ab obligatione audiendi Missam diebus Dominicis & Festis, Primo feminæ, quæ post partum per certos dies domi se continent, non solum ob debilitatem, verum etiam ob reverentiam, juxta cap. unicum de Purificatione post partum, ubi Innocentius III. scribit in hac verba *tempore III.* Armachan. Archiepiscopo: *Licet secundum legem Moysaicam certi dies determinati fuisse, quibus mulieres post partum à templi cessarent ingressu; quia tamen lex per Moylen datam est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Inquisitione tue taliter respondemus, quod postquam umbra legis evanuit, & illuxit veritas Euangely: si mulieres post partem emissam, actura gratias Ecclesiam intrare volunt, nullà prouide peccati mole gravantur, nec est Ecclesiæ cui auditus denegandus, ne pena illa converti videatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquandiu abstinerre, devotionem earum non credimus improbandam.*

Propter consuetudinem autem menstruum non est Missa omittenda per se loquendo, & medium seclusa ægritudine, vel debilitate, quæ illi æquivaleat, ut notat Navatus cap. 21. *M. Stevani* nialis n. 9. argumento cap. unicuiusjam allegati, & cap. *Ad eius 4. dist. 5.* ibi: *Quae tamen mulier* dum

215.  
Consueta  
do legitime  
inducta ex  
cussa.  
cap. fin. de  
Consuetudine.

Lex 32. ff. de  
Legibus.

Quæ sit  
consuetudo  
rationabili  
lis?

216.  
Quæ sit  
consuetudo  
legitimè  
præscripta?

cap. 4. de  
Præscripta

217.  
Ob consu  
etudina  
excusant  
mulierem  
post part  
em contin  
tentur.

218.  
Ob consu  
etudina  
excusant  
mulierem  
post part  
em contin  
tentur.

*Sect. fin. De Precepto audiendi Missam. Concl. 13. 679*

dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet. Et infra: *Sancta au-tem Communio mysterium in eisdem diebus perci-pere non debet prohiberi.*

219. *Objetio.* Sed contrà; continuò illis verbis attexit Gregorius: *Si autem ex veneratione magna per-cepere non presumit, laudanda est.* Ergo eodem modo dicere possumus; si autem ex veneratione magna abstinere voluerit ab ingressu Ecclesiæ, laudanda est.

Respondeo cum Suario disp. 88. sect. 6. § Sextum caput excusationis; Gregorium in illis ultimis verbis non loqui de Communiōne præcepta; nam si quæ mulier eam omitteret ob hujusmodi causam, non esset laudanda. Sic ergo dicendum est de ingressu Ecclesiæ; & ita sine dubio regulariter loquendo impedimentum hoc non est sufficiens, nec de hac re introducta est consuetudo. Si tamen aliquando timeretur exterior aliqua irreverentia loci faci, tunc posset excusatio esse sufficiens.

220. *Quibusdam in locis vir-gines nobi-les jam nu-biles domi-mentinentur & ideo Mi-sam omi-nunt;* *quod Suario appareret rationabile,* Alia consuetudo est in aliquibus locis, virginitum nobilium, quæ cùm jam sunt nubiles non exuent in publicum, & ideo Missam omittunt. Quæ (si rationabilis sit & suffi-cienter præscripta) procul dubio sufficiens est ad excusandum, non tantum filias; sed etiam consequenter matres juxta dicta Conclusione præcedenti, quæ timent aliquid honestati & bona fama filiarum contrarium; si sole domi permaneant.

Sed revera (inquit Suarius suprà) hoc ipsum declarat consuetudinem hanc esse valde irrationabilem, & uno inconveniente dato, alia multiplicari; multò enim melius custodi-rent matres filias suas, secum eas ad Missas ducentio, quam domi relinquendo. Neque in hoc potest esse morale periculum pudicitiae regulariter loquendo. Unde magis auctorita-tis, quam pudicitiae causâ hoc introdictum videtur, eo vel maximè, quod hujusmodi virgines, quæ hoc titulo Missam omittunt, fenestræ non fugiunt, & domo exuent ad ludos & alia publica spectacula videnda.

Quapropter licet hæc consuetudo simpliciter damnari non possit, tamen magnâ pruden-tiâ moderanda est, & quoad fieri potest, aufe-renda, præsertim omnino suadendum est, ut saltem solemnioribus Festis hujusmodi virgi-nes Missam audiant. Nam perpetuā illam omi-nere intolerabile & Christianis hominibus in-dignum est. Hæc Suarez.

Conferat Navarus suprà dicens: Nec se-renda videtur consuetudo illa, quæ nobiles pueræ numquam ad Missam aut Communiō-nem antequam nubant, egrediuntur, maximè si ad alia nuptiarum, vel ludorum Festas duca-natur, aut fenestræ eis permittantur. Quamvis excusat, si à parentibus prohibeantur, sed non illi, nisi saltem aliquot solemnioribus Fe-stis Missas eis domi, vel foris permittant.

Transeo ad consuetudinem viduarum, quæ 221. post viri mortem per aliquot dies domo non exuent & ea de causa Missam omittunt, quam consuetudinem, teste Suario suprà, omnes Doctores approbant, utpote funda-tam tum in quadam decentia, & honestate viduali, tum etiam in rationabili significa-tione & ostensione tristitia. Cum hic tamen limitatione, ut tempus illud non prolon-getur iniñum, v. g. per annum, aut plures menses.

Sed non existimo, inquit Suarez, posse han- moderationem unâ regulâ pro omnibus defi-niri: nam in feminis nobilioribus solet esse consuetudo, ut longiori tempore domi ma-neant, quæ in aliis.

Unde Navarus suprà n. 4. loquens de con-suetudine infingo cujusdam Hispanie Pro-vinciae, in qua nobiliores viduae totò anno domi se continent, & non audiunt Missam, ait: difficultè defendi posse ejusmodi consuetu-dinem non valere, modo ad alia non egredian-tur; quia negari non potest, posse ferri legem que aliquâ justâ de causa præceptum hoc re-laxaret aliquibus ad semestre, vel annum, & consequenter credendum est idem fieri posse consuetudine; cùm quidquid induci potest hu-manâ lege, possit & consuetudine, & hac cau-sa videtur justa in terris, in quibus facilè de viduis malè præsumitur.

Addit: laude dignam futuram viduam, quæ hæc consuetudine posthabita, imitaretur nobiles illas & glorioſas Martham & Magda-lenam Lazar sancti forores in eo, quod ut illæ, non obstante lucta, quo fratrem recens mortuum lugebant, egressa fuerunt ad exci-piendum Dominum Iesum adhuc mortalem, ita ipsa exiret ad videndum eum jan immor-talem & glorioſissimum in Sacramento ex-stantem, & exorandum, ut sicut Lazarum è sepulchro eduxit, sic sui mariti animam à Pur-gatorio (si est in illo) educat. Hec ille.

Itaque si revera consuetudo introducta est, & præcripta, & Prælati Ecclesiæ non con-tradicunt, ab unaquaque femina servari po-test; quia per talēm consuetudinem abrogatum est præceptum audiendi Missam in hac parte: pertinebit tamen ad Episcopos modum ponere hujusmodi consuetudini, ut non ni-mium extendatur.

His ita constitutis de causis excusantibus ab hac obligatione, duas superesse video diffi-cultates. Prima, an qui non potest Missam integrum audire, quia venit v. g. in me-dio Missæ ultimæ, teneatur saltem audire illam partem quæ restat? Mea sententia est:

CON.

Quid cen-sendum de- censuerudi- ne vidua- rum que pot viri mortem per aliquot dies domo non exuent.

Navarus

Si præterp- ra est, potest servari ab unaquaque femina,

Universitas

Navarto.

Maxime si alio ob-cauſa egradiantur